

ACTA IN CONSILIO SECRETO

in castello Portæ Jovis

MEDIOLANI

a cura di
ALFIO ROSARIO NATALE

TOMO SECONDO
(11 aprile 1478 - 22 dicembre 1478)



79



PER I TIPI DELL'EDITORE DOTT. ANTONINO GIUFFRÈ
MILANO * MCMLXIV

d. Petrus de Landriano,
d. Cichus Symonetta.

5 D. Johannes Symonetta
d. Bartholomeus Calchus
d. Johannes Jacobus Symonetta } secretarii.
Franciscus Ricius, cancellarius.

Et in ipso quidem Consilio, fuit conclusum quod in causa Melchionis Vicecomitis cum domino Johanne Maria Vicecomite remittatur Magistris Extraordinariis, ut infra mensem determinent, ut eis justum videbitur.

10 Item, fuit conclusum in controversia, quam Catallanus Villanus habet cum domino Johanne Francisco de La Turre, occasione cuiusdam exemptionis, quam petit ipse Catallanus servari in quadam jurisdictione dicti domini Johannis Francisci, de qua habet privilegium, quod post datum suum nullus fiat exemptus etc., quod scribatur Magistris Ordinariis, ut si datum privilegii dicti domini Johannis Francisci precedit exemptionem factam per Catalanum, de qua petit servari exemptum, provideant quod dictus Catalanus solvat et continuet in solutione dicta bona prout solvebatur antequam emerentur a dicto Catalano; si, vero, exemptio dicti Catalani precedit^a datum privilegii ipsius domini Johannis Francisci, tunc observetur exemptio ipsius Catalani.

20 Eodem die, post prandium.

Congregatis, ut supra, Senatoribus infrascriptis, videlicet:

d. Petro Francisco Vicecomite,
d. Palavicino,
d. Orpheo de Richavo,
25 d. Johanne Jacobo de Trivultio,
d. Petro de Landriano,
d. Cicho Symonetta.

D. Johanne Symonetta
d. Bartholomeo Calcho
30 d. Johanne Jacobo Symonetta } secretariis.
Francisco Ricio, cancellario.

Fuit conclusum quod detur Bataglino, squadrerio ducali, Squadra Riciardi, squadrerii provisionatorum Januę commorantis, qui propter temeritatem suam removeatur omnino et non reponatur in aliquo loco.

35 ^a Corr. su procedit

ACTA IN CONSIGLIO SECRETO MEDIOLANI

Item, fuerunt remissi ad Magistros Extraordinarios comes Petrus Scottus et Dimitrius²³ et alii duo, qui conquesti sunt de dicto comite Petro, et fuit commissum ipsis Magistris, videlicet domino Scipioni Barbavare et Michaeli de Cremona, ut, veritate comperta, justiciam faciant.

In facto illorum de Castellatio cum Marco Trotto, pro facto exemptionis fuit conclusum***** 5

1478 die XXI aprilis, de mane.

Habitus Senatus, congregatis infrascriptis, videlicet:

- | | |
|--------------------------------|-------------------|
| d. Petro Francisco Vicecomite, | |
| d. Joanne de Scipione. | 10 |
| d. Orpheo de Ricavo, | |
| d. Joanne Jacobo Trivultio, | |
| d. Petro de Landriano, | |
| d. Cicho Simonetta. | |
| D. Joanne Simonetta | } secretariis. 15 |
| d. Bartholomeo Calcho | |

Francisco Ritio, cancellario.

Dominus Capitaneus Iusticie Mediolani conquestus est de litteris inhibitoriis ne suspendi faceret illum homicidam, qui in postribulo interfecit famulos suos; fuit ei responsum quod dicitur illustrissimę Domine nostrę, que providebitur, ut iusticie sit locus. 20

Deinde, fuit admissus dominus Alexander Poeta²⁴, miles et orator Bononiensium; rogavit instantissime et multis rationibus, nomine illius Comunitatis, ne removeatur inde societas armigerorum domini Joannis de Bentivoliis; fuit ei responsum quod dicitur cum illustrissima Domina et consultabitur; deinde, respondebitur de voluntate sue Excellentie; et ita discessit. 25

Super litteris Lucie, uxoris quondam Guarischi de Cornello, et fidei commissariorum ipsius Guarischi, petentium non astringi ad maritandum filiam dicti Guarischi in filium Pasini provisionati, ut scriptum est per litteras, signatas A. Jacobus, fuit conclusum ut scribatur dictis uxori et fidei commissariis, ut, non obstantibus dictis litteris, maritent dictam filiam, prout eis melius et honestius videbitur. 30

23. Demetrio Albanese, squadrero ducale, di cui ai precedenti verbali.

24. A. Poeta o de Poetis era stato al servizio nell'amministrazione sforzesca come ca-

pitano della Martesana: 1456; e del Seprio: 1460; podestà di Parma: 1463; e sarà richiamato al tempo di Ludovico il Moro, come commissario di Parma: 1483. 35

5 Dominus Christoforus et Prosper cum multis aliis de Lampugnano, nomine
 10 totius familie, supplicarunt quod, pro honore suo qui sunt fideles servi huius
 illustrissimi Status et illustrissimorum Principum nostrorum, provideretur quod
 scelestissimus Joannes Andreas, qui interfecit ducem Galeacium, non nominetur
 amplius de Lampugnano sed de Lissiis, ut res vera est; fuit conclusum quod eorum
 supplicatio detur domino Luce Grimaldo, domino Antonio de Berceto²⁵, domino
 Joanni Andree Cagnole²⁶; quibus vocatis, hodie hora XX, committatur, ut,
 habita a dictis de Lampugnano plena informatione super supplicatis ab eis,
 provideant quod Joannes Andreas predictus et fratres non nominent amplius
 de Lampugnano, sed de Lissiis, ut sunt.

Super supplicatione domini Joannis Botte, conquerentis de domino Abbati
 Montisbelli et petentis manuteneri in possessione fontanilis, prout hactenus fuit,
 et, si aliquis sentiat se aggravari, citet partem coram Potestate Papie, iudice
 ordinario, conclusum quod Consilium Secretum opportune provideat.

15 Eodem die, post prandium.

Congregatis infrascriptis, videlicet:

20 d. Petro Francisco Vicecomite,
 d. Joanne de Scipiono,
 d. Palavicino,
 d. Jo. Jacobo de Trivultio,
 d. Orpheo de Ricavo,
 d. Petro de Landriano,
 d. Cicho Simonetta.

25 D. Joanne Simonetta
 d. Bartholomeo Calcho
 d. Johanne Jacobo Simonetta } secretariis.

Francisco Ritio, cancellario.

30 Fuit commissum domino Luce Grimaldo et domino Joanni Andree Cagnole,
 ut videant supplicationem illorum de Lampugnano et, habita informatione, pro-
 videant ut, hoc mane, fuit conclusum.

25. A. de Berceto o Bercettis, genovese, membro del Consiglio Segreto (1477).

26. Giovanni Andrea Cagnola, già avvocato fiscale (1464), maestro delle Entrate

Straordinarie (1468), faceva parte del Consiglio di Giustizia (1472). Diverrà Consigliere Segreto (1480) per nomina di Ludovico il Moro.

ACTA IN CONSILIO SECRETO MEDIOLANI

Fui etiam conclusum, si placebit ill. me Domine nostre, quod, remoto a Potestaria Varisii Johanne Augustino de Olzate, elligatur^a eius loco Johannes Stephanus Crivellus; ita tamen quod restituat denarios pro rata dicto Johanne Augustino.

In negotio hominum Misani⁵⁴ tam pro foeminis vulneratis, quam pro Presbytero interfecto, conclusum fuit scribatur Potestati Trivillii; tanquam delegato, ut jus faciat; et prohibeatur Commissario Glaree Abdue, ne se intromittat in hac re. 5

p 94 Item, fuit conclusum ad tollendam differentiam inter Episcopum Placentie et Johannem Franciscum de Arcellis, in qua etiam immiscetur Sfortia Secundus, quod omnino privetur ipse Johannes Franciscus de Arcellis jurisdictione Sancti Imenti; que jurisdictione remaneat Principibus nostris et hominibus jus administratur per Officiales Placentie, restitutis dicto Johanne Francisco suis pecuniis, quibus emit dictam jurisdictionem, que est causa dicte controversie, propterea quod possessiones dicti loci Imenti sunt Episcopatus Placentie. 10

Per Philippum Ferruñum Iniunctum fuit Laurentio Ciserano, notario Capitanei Justicie Mediolani, quod in scriptis^b mittat preceptum sub nomine Capitanei Comitibus^b Petro^b et Christophoro fratribus de Scottis, sub poena ducatorum mille, pro singulo ipsorum quod, crastina die, hora XIII, compareant ipsi ambo fratres coram dominis de Consilio^c Secreto in castro Porte Jovis. 15

Ferruñum Iniunctum fuit Michaeli de Cremona, ut referat collegis suis quod intelligant et bene examinent an Lazarus de Coyrate observaverit mandatum ei factum per dominos de Consilio castri de locandis ante hostium Malestalle illis decem carceratis, qui exhire debebant carceres Malestalle, in die festi sancti Georgii proxime preteriti, et de recludendis aliis carceratis^d, ne in transitu Principis eorum clamor ad eius aures perveniret; et casu quo hoc mandatum observaverit et ei non contrafecerit, non cogatur ad satisfaciendum illis qui petunt sibi satisfieri, pro eorum debitoribus carceratis relaxatis in die festi predicti; secus, vero, si fecerit, teneatur predictae satisfactioni et ei fiat jus juxta predicta. 20 25

Per Belinzonam p 95 Lecta fuit Patribus supplicatio Comestabilium portarum Terdona⁵⁵, per quam conquerebantur quod^e Communitati Terdona per capitula concessa sunt fosse civitatis, que per eos Comestabiles annos XXVIII possesse fuerunt pacifice, et hoc sub pretextu quod ipsa Communitas permiserit fossas ipsas evacuare et evacuatam tenere, quod minime fecit, licet eos Comestabiles spoliarent ipsas fossas; super qua supplicatione Patres decreverunt Comestabiles restitui ad possessionem fossarum quousque Communitas eas evacuaverit, etc. 30 35

Per Philippum Ordinatum fuit quod scribatur Capitaneo Seprii, ut studeat in eius fortiam habere quattuor^a vel quinque ex quibusdam discolis et malefactoribus, qui ver-

^a Parzialmente corr. ^b Su raschiatura. ^c Corr. su Consio ^d Parzialmente corr. su raschiatura. ^e Agg. nell'interl.

54. Misano di Gera d'Adda (Bergamo). 55. O, correttamente, Derthona: Tortona.